unum Dominum Jesum Christum Filium Dei unigenitum

et ex Patre natum ante omnia saecula

Deum de Deo lumen de lumine Deum verum de Deo vero

genitum non factum consubstantialem Patri per quem omnia facta sunt

qui propter nos homines et propter nostram salutem descendit de caelis

et incarnatus est de Spiritu Sancto ex Maria Virgine et homo factus est

crucifixus etiam pro nobis sub Pontio Pilato passus et sepultus est

et resurrexit tertia die secundum Scripturas et ascendit in caelum

sedet ad dexteram Patris et iterum venturus est cum gloria judicare vivos et mortuos

cujus regni non erit finis